



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Deus Iudaeis legem scripturam dedit. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Deus Iudæis legem scriptam dedit. Cap. XXIII.

A **E**T cum nec sic à laqueis diaboli respiscerent super-
 2. Tim. 3. stitis, electę genti, femini Abraham de Ægypto edu-
 Exod. 20. cto, in monte Sinai legem & decalogū dedit, scriptam di-
 G 32. gito Dei, Non aliam tamē (si moralia respicis præcepta) ab
 ea quā in cordibus nostris & membris corporis inscripsit
 & impressit, sed eiusedē oblitteratę reformatoriā, instaura-
 toriam, renouatoriā & declaratoriā. Quicquid em̄ (si mo-
 ralia p̄cepta respicimus) in lege dei scripta expressum est,
 virtualiter & implicitē, in charitate Dei & proximi conti-
 netur & est inclusum. Sic lex naturę & lex scripta, idem &
 vnum sunt in radice dilectionis & rationis: quāuis eius par-
 ticulares propositiones, quasi rami & riuuli ex illo fonte
 vno deriuati, in lege scripta plures sint per extensionē re-
 solutionis & declarationis: Et hoc est quod deus ipse quo
 Deut. 30. que asseruit in Deuter. 30. vt dictum est folio præcedente.
 Rom. 10.

In corde lex Dei scripta est. Cap. XXIII.

A **H**inc ad cordis tribunal & iudicium, tam crebro deus
 peccatores remittit: quod prefectō superuacue fru-
 straq; faceret, si in eo fandi atq; nefandi distantia, & lex na-
 turę impressa nō esset: vt p̄uaricatores, ibi reatuū suorum
 magnitudinē & grauitatem videant: & ad deū relicta ma-
 litia, ruptisq; peccatorū funibus mox reuertantur, dignos
 Sap. 12. faciendo p̄nitentię fructus. Vnde scriptū est: Preuarica-
 Psal. 115. tores, redite ad cor, & cōfundamini. Hinc mulieri Samari-
 Prou. 5. tanę seruator noster dixit: Vade, voca virū tuū. Et qd est,
 Esa. 46. ire & virū vocare, nisi rationis iudiciū aduocare & sequi?
 Ioan. 4. Sic Dauid ait: Dñs loquetur pacē in plebē suā, & super san-
 Psal. 84. ctos suos, & in eos qui cōuertuntur ad cor: Væ illis quorū
 Sap. 2. corda malitia excæcauit. Nā isti videntes nō vident, & au-
 Esai. 6. dientes nō audiunt: Imō oculos suos eruerunt, & ambulāt
 Matt. 13. vt cæci. Hoc disertis verbis, vir secundū cor dei, asstruit di-
 Sap. 1. cense